

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena IX.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

## ACTVS QVINTI SCENA IX.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA,  
GNATHO, THRASO.

ch. *Populares ecquis me uiuit hodie fortunatior?*  
o *Nemo hercle qui squam: nam in me plane dij  
potestatem suam*  
*Omnem ostendere, qui tam subito tot congruerint com-  
moda.*

Pa. *Quid hic latus est? CH. o Parmeno mi, o mearum uos  
luptatum omnium  
Inuentor, inceptor, perfector, scin' me in quibus sim  
gaudijs?*

Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? PA. audiri.  
C. scis sponsam mihi?  
Pa. Bene, ita mediament, factum. G N. audin' tu illum  
quid ait? C. tum autem Phaedriæ,  
Meo fratri, gaudeo amorem esse omnem in tranquil-  
lo: una est domus:

Thais patri se commendauit, in clientelam & fidem  
Nobis dedit se. P. fratriss igitur Thais tota est. CH.  
scilicet.

P. Iā hoc aliud est, quod gaudeamus: miles pellitur foras.  
ch. Tum tu, frater, ubi ubi est, fac quamprimum hæc au-  
diat. PA. uisam domum.

T. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpetuo pe-  
rierim? G N. sine

Dubio opinor. CH. quid commemorem primum, aut

G 4 quem

EVNVCHVS

quem laudem maxume?

Illum, qui mihi dedit consilium ut facerem; an me,  
qui id ausu' sim

Incipere? an fortunā collaudē, quæ gubernatrix fuit,

Quæ tot res, tātās, tā opportune in unū cōclusit diē? an

Mei patris festiuitatem & facilitatem? o Iupiter

Serua obsecro hæc nobis bona. PH. Dij uostram fidem,

incredibilia

Parmeno modo quæ narrauit. sed ubi est frater? C. præ  
sto est. Ph. gaudeo.

C. Satis credo. nihil est Thaide hac frater tua dignius,

Quod ametur: ita nostræ est omni fautrix familiæ.

PH. hui mihi

Illam laudas? T. perij, quanto spci est minu' tanto ma  
gis amo,

Obsecro Gnatho in te spes est. Gn. quid uis faciam? T.  
perifice hoc.

Precibus, pretio, ut hæream aliqua in parte tamen  
apud Thaidem.

Gn. Difficile est. T. si quid collibuit, noui te. hoc si effeceris,

Quod uis donū, præmiū à me optato, id optatum feres.

Gn. Ita ne? T. sicerit. GN. hoc si efficio, postulo ut mihi  
tua domus

Tē præsente, absente pateat, inuocato ut sit locus  
semper. TH. do fidem ita futurū. Gn. accingar. PH.  
quem hic ego audio?

O Thraso. T. saluete. PH. tu fortasse, quæ facta hic sient,  
Nescis. T. scio. PH. cur ergo in his te ego conspicor re  
gionibus

T. Vobis fretus. PH. scis quām fretus? miles edico tibi,  
Si in

si in platea hac te offendero post unquam; quod dicas  
mihi.

Alium quærebā, iter hac habui: perīsti. Gn. eia haud  
sic decet.

Dictum est. GN. non cognosco uostrum tam superbūm.

Ph. sic erit.

Prius audite paucis: quod cum dixero, si placuerit,  
Facitote. Ph. audiamus. GN. tu concede paulum istuc  
Thraso.

Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer  
uelim,

Me, huius quicquid facio, id facere maxime caussa  
mea:

verū idem si uobis prodest, uos non facere in scitia est.

Ph. Quid id est? G N. militem riualem ego recipiendum  
censeo. Ph. hem

Recipiendum? G. cogita modo. tu hercle cum illa  
Phædria

Et libenter uiuis, et enim bene libenter uictas,  
Et quod des paulum, & necesse est multum accipere  
Thaidem.

Vt tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo; ad  
Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu  
tuo

Nemo est. principio & habet quod det, & dat nemo  
largius:

Fatuus est, insulsus, tardus, sterlit, noctesq; & dies:  
Neque tu istum metuas ne amet mulier: pellas facile,  
ubi uelis.

Ph. Quid agimus? G N. præterea hoc etiam, quod ego  
uel

E V N V C H V S

uel primum puto,

Accipit hominē nemo melius prorsus, neque prolixius.  
Ph. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est. C.H.,  
idem arbitror.

Gn. Recte facitis. unum etiam hoc uos oro, ut me in uo-  
strum gregem

Recipiatis: sati' diu hoc iam saxū uoluo. P. recipimus.  
Ch. Ac libēter. G. at ego pro istoc hædria, et tu Chærea,  
Hunc comedendum, & deridendum uobis præbeo.  
Ch. placet.

PH. dignus est. G. Thraso, ubi uis, accede. T. obsecro u,  
quid agimus?

G. Qu id? isti te ignorabant. postquā eis mores ostendi tuos,  
Et collaudauī secundum facta & uirtutes tuas,  
Impetraui. T. bene fecisti. gratiam habeo maxumam.  
Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent  
plurimum.

Gn. Dixin' ego uobis, in hoc esse Atticam eloquentiam?  
Ph. Nil præter promissum est. ite hac. uos ualete, &  
paludire.

P E R S O N A E.

CHREMES, senex,	MENEDEMVS, senex.
CLITIPHO, adolescēs.	CLINIA, adolescens.
SYRVS, seruus.	DROMO, seruus.
SOSTRATA, matrona.	PHRYGIA, ancilla.
BACCHIS, meretrix.	ANTIPHILA, chremetis filia.

N V T R I X.

GRAECA

